



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

44 Commendis Religionis Hierosolymitanae vacantibus, qui fructus aerari
debeantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quandoquidem † ex omnibus Prioratibus, Castellaniæ, Empostæ, Bajulivariibus, Commendis, & administrationibus, quæ per cessionem, & resignationem aliis conferuntur, fructus, & redditus duorum annorum integrorum, primi, & secundi anni ab arario Religionis sunt excipiendi, ultra quod provisi de commendis per resignationem omnia debita, quibus resignantes tempore resignationum, & cessionum obnoxii erant, persolvere tenentur, ut in *instabil. c. præterea & c. in super de com. arar.* etiam si Apostolica auctoritate fuerint provisi; ut in motu proprio Pij IV. & alio Pij V. non impressis, sub Sixto V. in forma, rationi congruit, expedito, in libro ejusdem Religionis registratis, & in motu proprio in Bull. Greg. XIII. incipien. *dudum sel. rec. Pius Papa V. c. 78.*

45 Sunc etiam † omnes commendæ gravatæ annuis pensionibus perpetuis, communi arario Religionis persolvi debitis, quæ impositiones, & responsiones vocantur, ut in *instab. 1. de com. arar.* quas annis singulis in capitulo Provinciali, vel in Felto S. Joannis Baptistæ quocunque casu fortuito, & inopinato non obstante, Receptoribus, & Procuratoribus Religionis, Priores, Castellanus empostæ, Bajulivi, Commendatarii, & fratres tam exempti, quam non exempti persolvere tenentur, *cap. statuimus, il. 1. & c. quodd, si aliqui, eo. tit.* à quibus resignationes clandestinæ, aut simulatæ fieri non possunt, dispositio † enim quantumcunque generalis, semper debet interpretari, & restringi, ut non comprehendat casum absurdum, per quem quis indebite penam incurrat, *Bart. in l. Cesar, n. 1. ff. de publ.*

Paris, *cons. 59. num. 23. & 24. vol. 3. & Olach. decis. 59. num. 8.*

47 Priores, † Bajulivi, & Commendatarii intra limites suarum commendarum sunt veri Ordinarii, ut in Bull. Pij IV. c. 14. p. 172. *circasim. et. instabil. c. prioru c. prior. c. impunitas, de prior. & sunt excepti à jurisdictione quorumcunque Ordinarii, habentque collationem beneficiorum suorum, Prioratum, Bajulivarum, & Commendarum extra conventum, etiam per resignationem vacantium, ut in c. priores in suis, & c. tamenst, de comm.* Ideo in istis resignationibus per inferiores collatores extra conventum admissis collationibus subsequitis, & aliis Apostolica auctoritate admissis procedit dicta constitutio, quod tales resignationes debeant publicari, quia, cum non possit dari ratio diversitatis ab aliis Ordinariis, & expresse comprehendatur beneficia, & commendæ militiarum, sunt publicandæ ad mentem ipsius constitutionis, alias ob non publicationem vacant ex supra allegatis.

48 Queritur de coadjutoriis, † an subiaceant constitutioni Greg. XIII. de publicandis resignationibus: dubium facit consensus coadjuvati, qui requiritur in coadjutoriatu concessione, & habet vim resignationis, ut per Put. *decis. 158. n. 2. l. 2. & coadjutor, adveniente morte coadjuti, remanet subrogatus sine alia collatione, aut provisione, perinde, ac si esset resignatus cum reservatione omnium fructuum, quo decedere fructus cedunt titulo, & cum resignationibus cum fructuum reservatione sunt publicandæ, ut in dicta constit. s. ceterum modus, pari ratione videntur, publicandæ coadjutoriarum, quia † ubi est eadem ratio, idem jus esse debet, l. *quid ff. ad l. aq. & Craver. consi.**